Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

et cucurrit ad eam audacter in medio
legionis militiaeque a dextris et a
sinistris: et cadebant ab eo hinc
atque illinc et init sub pedes elephan
tis et supposuit se ei: et occidit eum
et cecidit in terram super eum: et mortu
us est illic. Et videntes virtutem
regis et impetum exercitus diuiserunt
se ab eis castra autem regis ac
cesserunt contra eos in prelium et appli
cauit castra regis ad iudeam et
montem sion et fecit pace cum his
qui erant in bethsura. et exiuit
de ciuitate quia non erat eis ibi a
limenta reclusis: quia sabbata e
rant terre. et obsedit rex beth
suram et constituit ibi custodiam seu
uare eam: et commouit castra ad
locum stationis dies multos et
statuit illic balistas et machinas
et ignis iacula et tormenta ad la
pides iactandos: et spicula et scor
pios ad mittendas sagittas et fi
dibula. Fecerunt autem et ipsi mach
inas aduersus machinas eorum
et pugnauerunt dies multos. Esse
autem non erant in ciuitate eo quo
septimus annus erat: et quia remase
rant in iudea de gentibus corumpe
rat reliquias eorum que reposite fuerant et remanserunt in
sanctis uri panis. quoniam obtinue
rat eos fames: et dispersi sunt
unusquisque in locum suum. Et audi
uit lysias quod philippus quem constitu
erat rex antiochus cum adhuc
uiuit ut nutriret antiochum filium
suum et educaret. recursus est a
persis et media et exercitus qui
abierat cum ipso et quia cepit insti
tere regni negotia festinauit
ire et dixit ad regem et duces ex
ercitus. Deficimus cottidie et esca
nobis modica est: et locus quem
obsidemus est munitus: et imminet
nobis ordinare de regno nunc
itaque demus dexteras hominibus istis
et faciamus cum illis pace et cum omni
gente eorum: et constituamus illis
ut ambulent in legitimis sicut
prius. Propter legitima enim quorum
que despeximus nati sunt. et sacri
fiauerunt omnia. Et placuit sermo in
oculis regis et principum: et misit
ad eos pace facere. et receperunt il
lam: et intrauit illuc rex et prin
cipes et exiuerunt de munitione
et intrauit rex in montem sion et vi
dit munitionem loci: et rupit
iuramentum quod iurauit: et
mandauit destruere murum in gyro
et discessit festinanter et reuersus
est antiochiam: et inuenit philip
pum dominantem ciuitati: et pug
nauit aduersus eum et obtinuit
ciuitatem:

VII

Anno centesimo quin
quagesimo et primo exiuit
demetrius seleuci filius
ab urbe roma: et ascendit cum
paucis uiris in ciuitatem maritimam. et regnauit illic Et factum
est ut ingressus est domum regni
patrum suorum. comprehendit exer
citus antiochum et lysiam ut ad
ducerent eos ad eum: et res ei in
notuit: et ait Nolite michi os
tendere faciem eorum. et occidit eos
exercitus et sedit demetrius super
sedem regni sui: et venerunt
ad eum uiri iniqui et impii ex
israel. et alcimus dux eorum. qui
volebat fieri sacerdos et accusa
uerunt plebem apud regem dicentes
perdidit iudas et fratres eius omnes
tuos et nos disperdidit de terra
nostra. Nunc ergo mitte uirum qui
credis ut eat et videat exterminium